

*Flores* solitarii, pedunculo brevi. *Calyx* campanulatus, 3 dentatus. *Petala* 4. *Stam.* 4. etcet.

*De Scopuli* floram videre gestio, fac ut sciam quando prodeat.

*Kramerum* apud Te commendatum habeas, est certo vir natus ad Historiam naturalem, quaeras ab eo quare non respondeat ad meas ultimas.

Cum gratiosissime mihi offeras *Semina austriaca*, indicabo primaria e *Krameri Flora austriaca*

Salvia 5.	Peucedanum 1.
Iris 4.	Laserpitium 2, 3.
Agrostis 2.	Ligusticum 2.
Aira 1.	Sium 3.
Melica 1.	Chaerophyllum 4.
Briza 1.	*Hippomarathrum 1.
Bromus 2.	Tamarix 1.
*Stipa 1.	Alsine 2.
Holosteum 1.	Linum 2, 3, 4, 6.
Galium 4.	Allium 2, 5, 6.
Trapa 1.	*Uvularia 1.
Aphanes 1.	Hyacinthus 4.
Sagina 2.	Erica 2, 3, 4.
*Lithospermum 3.	Daphne 3.
Symphytum 2.	Passerina 1.
*Lycopsis 2.	Scleranthus 2.
*Soldanella 1.	Cucubalus 3, 4.
Lysimachia 2.	Euphorbia 1, 10.
Phyteuma 1, 2.	Crataegus 1, 2.
Rhamnus 2.	Sorbus 2.
Thesium 1.	Mespilus 2.
Gentianae omnes.	*Spiraea 1.
Eryngium 2.	Potentilla 5.
*Astrantia 1.	Geum 3.
Bupleurum 2.	Dryas 1.
Athamanta 2, 3.	Anemone 5, 9.